

Año 21. Miércoles 31 Mayo de 1882. NÚM. 505.



BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA.

PAPAE XIII.

EPISTOLA

AD

ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORVM ORDINARIOS
IN REGIONE SICVLA.

VENERABILIBVS FRATRIBVS ET DILECTIS
FILIIS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORVM
ORDINARIIS IN REGIONE SICVLA.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Sicut multa audacter et insidiose ii susceperunt, qui de pernicie catholici nominis iamdiu cogitant: ita nominatim videntur decrevisse, vim quamdam popularis invidiae in Pontifices maximos excitare.—Quod quidem ipsorum consilium quotidie magis illustratur et erumpit. Omnem enim occasionem vituperandorum Pontificum datam avide aripiunt; non datam studiose captant: incorruptis rerum gestarum monumentis posthabitis, fictos sermones dissipant; falsa crimina, tamquam venenata tela ia-

ciunt, tanto effrenatiore ad audendum licentia, quanto est impunitas maior. In qua male dicendi consuetudine aliud quippiam propositi inest, practer contumeliam: videlicet hoc plane spectant homines improbi, ut e persona Pontificum Romanorum ad ipsum Pontificatum divinitus institutum contumelia perviat, adductisque in contemplationem summis Ecclesiæ Principibus, Ecclesia ipsa, si fieri possit, opinione hominum iudicioque damnetur.— Harum machinationum triste ad recordationem documentum extremo mense martio Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, Panormi vidistis. Nec tacita esse potuit indignatio vestra: significationem eius luculentam et nobilem, qualem ab episcopis expectari oportebat, ad Nos per litteras officiis plenas deferendam curavistis. Profecto illæ iniuriæ præter modum graves fuere, ut qui ex constituto Panormum convenerant, coniiciendis certatim probris in Pontifices Romanos visi sint convenisse. Ne ulla quidem verecundia religionis fuit, quam Siculi homines ab avis et maioribus sancte inviolateque conservant, quæque est atrociter dictis lacessita, in quibus ipsam agrestem immanitatem nemo probus ferre æquo animo potuit. Quantus harum rerum inustus animo Nostro sit dolor, conjecturam ex dolore vestro singuli facite. Nihil enim tam lamentabile est, quam publice licere Ecclesiæ maiestatem sanctitatemque nefarie contemnere; nihil tam miserum, quam summorum Pontificum memoriam ab italibus indigne violari.

Ea quæ Pontifices Romani pro salute Italiæ gesserunt, orbis terræ testimonio iudicioque comprobantur, ita ut nihil sit, quod nomini Decessorum Nostrorum metuamus ab æquis et prudentibus viris. Verumtamen Nos in criminationibus, de quibus loquimur, valde commovit prium rei indignitas per se: deinde multitudinis minus eruditæ periculum, quæ facilius decipi et in errorem impelli potest.

En sane magnus futurus est error, si in re iudicanda sex ante sæculis gesta non ab his temporibusque nostris cogitatio avocetur. Respicere quippe opus est ad institu-

ta et leges eius temporis, maxime vero ius gentium, quo tunc viveretur, repetere. Exploratum est, quæcumque demum illius iuris origo et indoles extiterit, temporibus illis plurimum in rebus etiam civilibus auctoritatem Romanorum Pontificum valuisse, idque non modo non repugnantibus, sed consentientibus libentibusque principibus et populis. Cumque optabile videretur Vicarii Iesu Christi patrocinium, non raro usu veniebat præsertim in Italia, ut ad eum velut ad parentem publicum confugerent civitates, eidemque sese in fidem sponte sua traderent et commendarent. Domina animorum religione, Apostólica Sedes perinde habebatur ac propugnaculum iustitiae, et infirmiorum tutela adversus iniurias potentiorum. Et hoc quidem cum magna utilitate communi: hac enim ratione factum est, ut Pontificibus auctoribus direptaæ sæpe sint controversiæ, sedati tumultus, sublatæ discordiæ, bella composita.—In hoc tamen magisterio populorum ac pene dictatura, nemo Romanos Pontifices iure coarguet imperii sui vel opes augere, vel fines proferre voluisse. Omnem potestatem suam illuc semper converterunt ut civitatibus prodessent: nec semel ipsorum opera et auspiciis Italia impetravit, ut vel externorum hostium propulsarentur incursiones, vel domesticorum adversariorum turbulentia ambitio frangeretur. Quam ad rem sapienter et opportune, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, commemorati a Vobis sunt Gregorius VII, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Innocentius IV Decessores Nostri, qui exterarum gentium dominationem rebus italicis sæpius imminentem prudentia et fortitudine summa prohibuerunt.

Quod ad Siciliam vestram pertinet, fidei et pietati eius in hanc Apostolicam Sedem paterna benevolentia Pontificum mutue cumulateque respondit. Revera ipsorum consiliis vigilantiæque, non mediocri ex parte Siculi debent quod potuerint, Saracenam servitutem effugere. Gratamque etiam et æquam libertatem ab Innocentio IV et Alexandro IV gens Sicula tunc impetravit cum, post Conradi Imperatoris obitum, summam imperii penes

municipium esse placuit. Post autem si Clemens IV, Carolum Andegavensem solemni ritu Siciliæ regem appellavit, cur Pontifex reprehendatur nihil est. Fecit ille iure suo fecit quod e republica Siculorum magis esse iudicavit, delatis imperii insignibus viro nobili et potenti, qui civicas res ordinare et exterorum ambitioni resistere posse videbatur: de quo viro vel ipsa maximarum virtutum domestica exempla sperare iubebant, fore ut juste et sapienter imperaret. Nec caussa est, quamobrem vel Urbano IV vel Clementi IV vitio detur, quod homo natione exterus regnum Siculorum capessivit. Etenim præterquam quod exemplis huius generis nec antea carebat nec postea caruit historia, Siculi ipsi in potestatem externi principis illo eodem anno volentes concesserunt. Simul ac vero se Carolus inflexit in dominatum iniustiorem, maxime ministrorum vitio præcipitata in perniciosa partem republica, desiderata certe non est Romanorum Pontificum in admonendo caritas, in corripiendo severitas. Constat inter omnes, quot quantasque curas Clemens IV et Nicolaus III adhibuerint, ut hominem ad æquitatem iustitiamque revocarent. Quorum providentia pervicisset fortasse obstinationem viri principis, nisi viam rebus novis cruenta multitudinis ira subito pateficeret. Post inhumanam illam cædem, cuius, ubi furor constitisset, ipsos puduit auctores, conscientia officii impulit Martinum IV, ut siculos itemque Petrum Aragonium aliquanto severius pro merito ipsorum adhiberet. Nihilominus tamen eam severitatem et ipse Martinus et Honorius IV, Nicolaus IV, Bonifacius VIII lenitate et misericordia mitigarunt: iidemque non antea quiescere visi sunt, quam, omnibus iis controversiis per litteras legationesque compositis, Siculorum saluti et legitimæ libertati, quantum fieri poterat, consuluerunt. Quibus ex rebus manifestum est, quod Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, verissime dixistis, fautores iniusti dominatus vel popularis invidiæ concitatores appellari Romanos Pontifices nisi per summam iniuriam non potuisse. In quo quidem Decessores Nostri iustioribus iudicibus ius

sunt iis ipsis hominibus Siculis, qui, recenti adhuc cæde. Sedem Apostolicam fidentibus animis implorandam censuerunt.

Hæc commemorare voluimus, ut de tot tantisque iniuriis Ecclesiae et Pontificatui Romano impositis querelas Nostras publice testaremur: eodemque tempore ut vos intelligeretis, gratas admodum accidisse Nobis communes litteras vestras, quibus easdem iniurias summa voluntatum concordia Nobiscum pariter deploratis. Apparent in iis litteris episcopalibus vestigia virtutis, cuius gratia forsitan ignoscentior posteritas erit eorum temeritati, qui nihil dubitarunt Romanum Pontificatum, hoc est nobilissimum et maximum Italiæ decus, incesto ore lacerare.

Ceterum ex hoc ipso magis ac magis perspicitis, quod superiore mense februario monuimus, quanta vigilantia providere oporteat, ut fides catholica in tanta iniuitate temporum apud Italos conservetur. Pergite itaque, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, fortiter pro iuribus Ecclesiae propugnare, mendacia improborum convincere, fraudes detegere, Siculosque universos in fide et amore retinere huius Apostolicæ Sedis, unde iis, beneficio Apostolorum, christianæ sapientiae lumen affulsit.

Divinorum munerum auspiciem et præcipuae benevolentiae Nostræ testem Vobis, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, et populis curæ fideique vestræ concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die xxii Aprilis anno
MDCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

En el *Boletín Eclesiástico* de Santiago vemos la siguiente resolucion que podrá servir de ejemplo para casos semejantes.

Propiedades.—R. 290.—Emmo. Señor: El Ilmo. señor Director Géneral de Propiedades y Derechos del Estado, con fecha 10 de Marzo último, dice al Sr. Delegado de Hacienda en esta provincia, lo siguiente:

«Por el Ministerio de Hacienda se ha comunicado á esta Direccion general con fecha 8 de Febrero de 1882, la Real órden que sigue.

Ilmo. señor: Visto el expediente promovido con la vénia y apoyo de su Prelado, por D. Francisco Paz y Fernández, Cura párroco de S. Martín de Castrelo, Ayuntamiento de Vimianzo, provincia de la Coruña y diócesis de Santiago, sobre excepcion de venta del Huerto rectoral:

Resultando que éste se halla constituido por la finca denominada Pombal Cucheiro, próxima á la casa rectoral, con la extension de una hectárea y cincuenta y dos áreas y gravada con una servidumbre de paso; que los párrocos disfrutaron la finca gratuitamente para su comodidad y que el actual no posee ninguna otra en igual concepto; que el prédio de que se trata, dividido en dos á causa de la expresada servidumbre fué subastado para su venta por la Hacienda en 1874:

Considerando que con arreglo al art.º 6.º de la ley de 4 de Abril de 1860, el Real Decreto de 4 de Enero de 1867, la circular del mismo mes y año y demás disposiciones vigentes, la reclamacion fué deducida en tiempo hábil; que la finca reúne en cuanto á su estado jurídico el origen requerido por dichas disposiciones y en cuanto á su cabida la que los mismos preceptos determinan, el Rey (q. D. g.), conformándose con lo propuesto por esa Direccion general y lo informado por lo de lo contencioso del Estado, se ha servido declarar exceptuada en concepto de rectoral la finca denominada Pombal Cucheiro, y disponer que reservando al comprador los derechos que le correspondan por los plazos y gastos satisfechos, se anule la venta celebrada y que se haga presente á la

oficina provincial que en lo sucesivo se abstenga de sacar á subasta fincas sujetas á las resultas de un expediente, evitando así los perjuicios á que la Hacienda se expone con tan irregular modo de proceder.

De Real órden lo digo á V. S. para los efectos oportunos. Lo que traslado á V. S. para su conocimiento y el del Diocesano.»

Lo que tengo el gusto de trasladar á V. Ema. para su conocimiento y efectos oportunos. Dios guarde á V. Eminencia muchos años. Coruña 3 de Abril de 1882.—*Francisco Torres.*—Emmo. y Rmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Santiago.

Del *Boletín* de Tuy tomamos la siguiente

IMPORTANTE SENTENCIA.

D. Julian Rial y Alonso, Secretario suplente del Juzgado municipal de Gondomar.—Certifico:

Que en juicio de faltas celebrado en primero de febrero último entre D. Domingo Tovar Mendez, abad párroco de Morgadanes, contra Domingo Alonso y Alonso y Juan Martin Perez, de la misma vecindad, recayó la sentencia que á la letra dice así:

Sentencia.—En la villa de Gondomar á primero de febrero de mil ochocientos ochenta y dos, el Sr. D. Ramon Garcia Comesaña, Juez municipal de este término, habiendo visto el precedente juicio de faltas celebrado con asistencia del señor Fiscal D. José Villamarín Alonso, entre D. Domingo Tovar Mendez, párroco de Morgadanes, denunciante, y Domingo Alonso y Alonso y Juan Martin Perez Perez, de la expresada parroquia, denunciados:

Resultando: Que de lo expuesto por el denunciante, y declaraciones de los testigos Juan Perez y Perez, Manuel Perez Cea, Manuel Vargas Perez y Domingo Gonda Gonzalez, resulta probado que á eso de las tres de la tarde del dia veinticuatro de noviembre último, yendo el capellán de la parroquia de Morgadanes, D. Domingo Rodri-

guez, á administrar el Viático á un enfermo, acompañado de algunos fieles, se encontró con los denunciados en un camino angosto, los cuales venian con un carro cargado de madera, en dirección opuesta, quienes al pasar el referido capellan como á una distancia de veinte pasos, ni se han descubierto, ni hincado la rodilla en tierra; antes por el contrario, el Juan Martin se volvió de espaldas al sacerdote, y éste al ver tal irreverencia, apercibió á alguno de los fieles que le acompañaban para que fueran testigos de tal acto, á lo cual el Domingo Alonso se sonrió, dando lugar con ello á que entre los fieles se produjese gran indignacion:

Resultando: Que de las declaraciones de los referidos testigos Juan Perez Perez, Manuel Perez Cea, Manuel Vargas Perez, aparece tambien justificado plenamente que los denunciados Domingo Alonso y Alonso y Juan Martin Perez Perez aprovechan todas las ocasiones para burlarse de las ceremonias de la Religion católica:

Resultando. Que los referidos denunciados al contestar á la acusacion no han negado los hechos que se les imputan, limitándose á informar que no han lastimado los sentimientos religiosos de los vecinos de Morgadanes:

Considerando: Que en el mero hecho de no descubrirse al pasar el Viático ofendieron desde luego los sentimientos religiosos de los fieles que le acompañaban, ofensa que acentuaron más volviendo el acusado Juan Martin Perez la espalda al Augusto Sacramento y sonriéndose el Domingo Alonso al requerir á algunos fieles el Presbítero D. Domingo Rodriguez para que sirviesen de testigos del hecho:

Considerando: Que con su irreverencia y falta de respeto al Viático los denunciados perturbaron claramente el orden y recogimiento de los fieles que acompañaban á aquél, pues entre ellos se produjo gran alarma é indignacion.—Visto el articulo veintiocho, párrafo primero del articulo quinientos ocheno y seis del Código penal.

Fallo: Que debo de condenar y condeno á los denunciados Domingo Alonso y Juan Martin Perez y Perez á la

pena de diez dias de arresto, que sufrirán en la Cárcel de esta Villa, multa de cincuenta pesetas cada uno y costas de este juicio, que satisfarán por mitad.

Así por esta su sentencia, dicho Sr. Juez por ante mí Secretario, lo pronuncia, manda y firma, de que certifico.—Ramon Garcia.—Por su mandado Julian Rial.—Es conforme con su original á que me remito: y en prueba de ello expido el presente en Gondomar á diez y seis de marzo de mil ochocientos ochenta y dos.

Y á peticion de la parte denunciante, D. Domingo Tovar Mendez, abad párroco de la misma y prévio visto bueno del Sr. Juez. Fecha ut supra.—V.º B.º—El Juez, Ramon Garcia.—Julian Rial.—Hay un sello.—Juzgado municipal de Gondomar.

DECRETO

CONTRA PREFERENCIA DE AUTORIDADES LEGAS
EN CEREMONIAS LITÚRGICAS.

Plasencia.—El actual Presidente del Ayuntamiento de Plasencia dirigió á esta Sagrada Congregacion de Ritos respetuosas preces solicitando la confirmacion de la antigua costumbre en virtud de la cual el Presidente (Alcalde) del Ayuntamiento, en union con el Dean del Cabildo precedia á todos en la Adoracion á la Cruz, que se verifica anualmente en aquella Catedral en la Feria VI in Parasceve. La Sagrada Congregacion ha creido que de ningun modo puede tolerarse semejante costumbre, porque semejante precedencia es enteramente contraria á las leyes litúrgicas. Al Obispo de Plasencia confiere la Sagrada Congregacion el cargo de participarlo asi al Presidente del Ayuntamiento, haciéndole saber además que en la sagrada liturgia la costumbre, cualquiera que sea su antigüedad y clase, no es titulo de prescripcion legítima y por consiguiente no puede invocarse si es manifiestamente contraria á las leyes litúrgicas.—Roma 6 de Diciembre 1881.—D. Cardenal Bartolini, Prefecto de la Sagrada Congregacion de Ritos.—Al Reverendo Obispo de Plasencia.—Es copia.—Hay un sello.—Obispado de Plasencia.»

DECRETO DE LA S. C. DE RITOS.

VALENTINO.

Decreto referente á la oracion por los difuntos en las Misas Conventuales, en cuanto á la misma, cuando es mandada en las Misas privadas de Requiem, y en cuanto á la inclinacion de cabeza al Humiliate capita vestra Deo.

El Rdo. D. Carlos Cotton, Obispo valentinense, pidió humildemente á la S. C. de R. que se dignara resolver y declarar las dudas siguientes:

1.^a Por la rúbrica del Misal, tit. VII, núm. 6, se establece absolutamente, sin ninguna excepcion, que la Conmemoracion por los difuntos en las Misas de vivos se ha de poner en el penúltimo lugar. En verdad, en diversos autores se leen cosas diversas, ni faltan algunos que apoyados en el decreto de 23 de Mayo de 1835, dado en Namur, afirman que la predicha Conmemoracion, tanto en la Misa conventual, como en las Misas privadas, no se puede separar entre las colectas de precepto de su penúltimo lugar, aunque ocurra colecta mandada por el Obispo, ó que se ha de añadir por otro precepto, de manera que en este caso la Conmemoracion por los difuntos tenga constantemente el antepenúltimo lugar, no obstante la rúbrica del Misal antes alegada. Y así se pregunta: 1.^o, si la Conmemoracion por los difuntos, en los dias prescritos por la rúbrica, en la Misa conventual y en las Misas privadas debe permanecer en el segundo lugar, si se añade en cuarto lugar colecta mandada; y 2.^o, si ocurriendo otras Conmemoraciones en la citada Misa, la colecta obtenga al menos el antepenúltimo lugar cuando se añade oracion mandada.

Duda 2.^a Acerca del número par ó impar de las oraciones en la Misa de las fiestas simples, se admite comunmente, segun el decreto de 2 de Diciembre de 1684 dado en Samnio, que el celebrante no está obligado al número impar de las oraciones cuando se añade colecta por difuntos. Se pregunta tambien si en las Misas de *Requiem* privadas, si ocurre colecta mandada por difunto, ésta puede añadirse en tercer lugar ántes de la cuarta oracion *Fidelium*, sin la obligacion de la ley de imparidad.

Duda 3.^a A cada paso se publica por muchos cierta declaracion de la S. C. de R., por la que el sacerdote que celebra privadamente en tiempo de Cuaresma, y dice tambien sobre el pueblo la oracion *Oremus, humiliate capita vestra Deo*, tiene obligacion de inclinar la cabeza á la cruz; diciendo solamente *oremus*, y despues levantada la cabeza debe seguir diciendo *humiliate*, etc.

En testimonio de este mismo rito se aduce el decreto

de la Sagrada Congregacion de Ritos de 16 de Marzo de 1833 dado en Verona; mas como en la tercera edicion de los Decretos hecha por Gardellini, al n. 4.707, en verdad nada se lee acerca de este rito, por esto se pregunta si se ha de estar á la ultima edicion citada de Gardellini, ó mejor á las otras precedentes. Y en el caso de que se trata, si se ha de inclinar la cabeza diciendo solamente *oremus*, ó se ha de unir *humiliate* etc., como es bastante obvio de las palabras mismas de las Rúbricas del Misal, titulo IX, n. 27.

La S. C. de R., oida la sentencia de su R. R. Asesor, hecha relacion por el infrascrito Secretario, pensadas detenidamente las dudas propuestas, juzgó que debia responder

A la 1.^a Entre las colectas prescritas por las Rúbricas, la colecta por los difuntos siempre ha de ocupar el penultimo lugar, y despues de ellas se han de decir oracion ú oraciones mandada ó mandadas por el Superior.

A la 2.^a Afirmativamente.

A la 3.^a Negativamente á la primera parte, afirmativamente á la segunda.

Y asi lo dijo por escrito y mandó observar el dia 12 de Diciembre de 1879.

Con motivo de la resolucion dada por la C. del Concilio declarando nulos *in utroque foro* los esponsales no contraidos mediante escritura pública en España, se ha publicado en el *Boletín Eclesiástico* de la Seo de Urgel el siguiente interesante escrito.

PROMESAS DE MATRIMONIO.

Cumque insuper apud egregios hosce auctores passim legatur, eum qui virginem sub promissione futuri matrimonii defloravit, illam ducere, etiam secluso damno, teneri, quia in contractibus innominatis *do ut des, facio ut facias*, cum alter suam partem præstiterit, alter pariter ex justitia tenetur præstare suam: dubitari potest an hodie in Hispania, post declarationem Sacrae Congregationis Concilii die 31 Januarii anni proxime elapsi *de Sponsalibus* editam, prædictus deflorator puellam, de qua sermo, ducere teneatur. Qua de re en summatis rationes, quæ pro utraque parte afferri posse videntur.

Defloratorem in casu puellam ducere, generatim loquendo, non teneri, inde probatur quia hujusmodi obligatio, directe et *per se*, non nisi ex promissione, vel saltem non sine ea, oriri valet: atqui hodie in Hispania promissio futuri matrimonii, publica scriptura non extante, et coram lege et coram Deo nulla omnino est: ergo, etc. Re sane vera: ponamus, defloratorem nihil puellæ ad assequendam copulam promisisse: *et tenebiturne, per se loquendo* et secluso damno, illam in uxorem ducere? Minime. Ergo neque in casu: declarata quippe ab Ecclesia nullitate promissionis, perinde se res habet ac si nulla omnino promissio facta fuisset.

Præterea. Posita nullitate promissionis in foro externo, nulla ab ea oritur obligatio in eodem foro ad ducendam puellam, quamvis obtenta fuerit defloratio (Id erui videatur, tum ex praxi Tribunalium Ecclesiasticorum et Sæcularium apud nos hucusque servata, tum ex doctrina S. Alphonsi M. de Ligorio, quam mox afferemus): ergo a pari posita nullitate promissionis in foro interno, nulla

ab ea oritur obligatio in eodem foro ad ducendam puerlam, quamvis obtenta fuerit defloratio. Atqui hodie quoad Hispanos revera constat de nullitate, etiam in foro interno, promissionis futuri matrimonii publicis tabulis non exaratæ: ergo hodie apud Hispanos, vel in ipso foro interno, nulla ab hujusmodi promissione oritur obligatio ducendæ puellæ, quamvis subsecuta fuerit defloratio.

En verba S. Alphonsi: *Adnotare juvat cum Cont. Tourn. valde utile fore ad hujusmodi flagitia vitanda, quod promissiones matrimonii ad obtainendam deflorationem, etiam forte iuramento firmatae, invalidæ declarentur ab Episcopis* (Op. Mor. lib. 4, tract. 5, n. 541.) *Quoad forum externum, valde utile esset ad impedienda hœc tam frequentia facinora, si Episcopi et Magistratus irritas omnino declararent omnes istas matrimonii promissiones, etiam juramento firmatas, nisi plane testimonii et scripturis validis hœ constarent* (Hom. Apost. tract. X. n. 93).

Quorsum vero isthæc? Ni significant, posita nullitate promissionis in foro externo, nullam ab hac oriri obligationem in eodem foro ad ducendam puerlam, etiamsi obtenta fuerit defloratio, quid sibi velint non appareat. Nonne eo aperte tendunt, ut puellæ sciant, se ex hujusmodi promissionibus, etiam defloratione subsecuta, nullum jus in foro externo acquirere, sicque filius, omni spe amissa, a turpitudine arceantur? Præterquamquod, ex promissione omnino irrita et nulla quænasci quid roboris valet?

Ratio pro valore promissionis.

Reapse sponsalia privata, quoad Hispanos, invalida declaravit Ecclesia: ast hic non de sponsalibus agitur. In sponsalibus vir ac fœmina ultro citroque, vi mutuae promissionis, obligantur: hic non ita. Hic ait vir puellæ: *Si mihi tui corporis copiam feceris, ego te in uxorem ducere promitto.* Facta igitur fœminei corporis copia, vir equidem ligatus manet: at puella, cum nihil promisserit, manet sicut antea, libera. En ergo discrimen: en cur causus, de quo quæstio, cum sponsalibus confundi nullate-

nus debeat. Cumque Sacra Congregatio Concilii in declaratione supra citata de solis sponsalibus sermonem habeat, sponte fluit, nihil ex illius verbis ad casum de quo nunc agitur concludendum.

Neque dixeris, alium ex præcipuis finibus quos sib; Sacra Congregatio in laudata declaratione præstituit, esse ut puellarum seductioni aditus usquequa et firmissime occludatur. Id enim non constat: imo in discep-tatione, quæ, de more, declarationem præcessit, etsi aliqua de scopo Carolinæ pragmaticæ (quæ declarationi occasionem præbuit) dicantur, ne verbum quidem de puellarum seductione invenies: quod profecto ampliori argumento esse potest, Sacram Congregationem, etsi, ut certum est, virgines nulla prorsus ratione circumveniri vehementer exoptet; die tamen 31 Januarii anni 1880 nonnisi de sponsalibus privatis, juxta proposita et refor-mata dubia, invalidandis egisse.

Ergo, quoadusque contrarium declarat Ecclesia, com-muni auctorum doctrinæ hac in re standum videtur.

Hæc nobis sententia placet: quam nihilominus, non luctam temere sectantes, sed lucem humiliter quærentes, ac solius Dei gloriam una cum animarum salute arden-tissime appetentes, sapientum judicio sincero corde sub-mittimus.

Cæterum, de regulæ exceptionibus, uti ex. gr. si mag-na fuerit disparitas conditionis etc., aliquid hic dicere supervacaneum ducimus, cum de iisdem satis superque, perspicuitate ac sapientia pari, eloquantur auctores.



NECROLOGÍA.

Dia 14 del presente mes falleció en Manacor el Presbítero D. Juan Quetglas y Riera natural de dicho pueblo á la edad de ochenta y un años.

A. E. R. I. P.

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de Villalonga.